



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Confirmatio Alexandri Papae IV. super Nidernobernhausen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

chio Brandenburgensis, & Dominus Stephanus Dux Bauariæ preces suas nobis directerint, ut Ecclesiæ Münster, nostræ Diocesis, cuius Ius patronatus quod ad ipsos ratione Domini Ducatus Bauariæ pertinebat, liberaliter & gratuitè donauere runt Religiosis Abbati & Conuentui Monasterij in Aldersbach Ordinis Cisterciensium, nostræ Diocesis. Sicut & quondam Serenissimus Dominus Ludovicus ipsorum genitor, prout in literis inde cōfectis cernitur, libere ordinavit, cum ratificatione donationis prædictæ eidem Abbati & Conuentui suoque Monasterio incorporare, vniure, ipsorumque præbendæ perpetuæ annectere dignaremur. Nos eorum votiis precibus inclinati dictam donationem Iuris patronatus ratificamus, & gratiam habemus, & de Venerabilis Capituli nostri consilio & assensu ipsam Ecclesiæ Münster prædictam, cum omnibus prouentibus redditibus, ac juribus suis eidem Monasterio incorporamus, vnimus & annectimus. Ita quod quando cunq; & quotiescunq; vacare contigerit, dicti Abbas & Conuentus nobis vel successorib' nostris unum presbyterum secularē præsentare debebunt, qui de manibus nostris institutione Canonicā, & curam suscipiat animarum, quiq; de oblationibus & redditibus dictæ Ecclesiæ, præfatis Abbatii & Conuentui singulis annis sine omni contradictione & protractione in omnem euentum, non attentis seu allegatis quibuscunq; dampnis & defestationibus, sub pena infra scripta solueret & soluere debebit viginti quatuor talenta denariorum in festo B. Michaëlis Archangeli immediate sequenti, de residuis vero fructibus & redditibus eiusdem Ecclesiæ, in quibuscunq; consistant, quos se adhuc tam copiose cognouimus extendere fide dignorum relatione, quos ad hoc deputauimus, quod idem perpetuus Vicarius siue Rector decenter & benè transire poterit, ipse Sacerdotes & ministros pro Ecclesia & diuino cultu ac decentem familiam cum hospitalitate & honore debitum tenere, omniaque onera consuera cum quibuscunque iuribus, exactiōibus, seu requisitionibus Papalibus, seu Legatorum, delegatorum, nunciorum sedis Apostolice, procuratoribus, collectis & subsidiis Archiepiscopalibus, Episcopalibus, jure Archidiaconi & Decani sustinere debebit, si ne quis detimento vel diminutione pensionis, dictis Abbatii & Conuentui prædictis terminis tribuenda. Adjicientes quod si idem Vicarius siue rector dictam pensionem viginti quatuor talentorum in prænominatis terminis non persoluerit, & per sex dies statim sequentes, quos sibi una cum interpellatione terminorum præfatorum pro ammonitione Canonica præfigimus, contra voluntatem Abbatis & Conuentus protraheret, ex tunc ipse Vicarius ab ingressu Ecclesiæ sit suspensus, præcipientes ex nunc Præposito Ecclesiæ Patauiensis, ut etiam per grauiores penas & sententias, si necessè fuerit, possit & debeat auctoritate nostra & successorum nostrorum procedere contra ipsum. In cuius confirmationis, donationis, & incorporationis ac singulorum testimonium, & evidentiam pleniorē præsentes literas conscribi, & sigilli nostri ac Venerabilis Capituli nostri de certa scientia auctoritate ordinaria duximus communiri. Datis & actis Patauiæ pridie Non. Maij, Anno Domini M. CCC. LI.

### Confirmatio Alexandri Papæ IV. super Nidernobernhausen.

Alexander Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbatii & Conuentui Monasterij in Aldersbach Cisterciensium Ordinis Patauiensis Diocesis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollici-

tudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.. Sanè exhibita ne-  
bis vestra petitio continebat, quod R. quondam Episcopus Patauiensis Dioces-  
sus vester Ecclesiam de *Nidernobenhausen* eiusdem Diocesis cum pertinen-  
tis suis, in qua ius patronatus habebat, sui super hoc capituli accedente consen-  
su, prout spectabat ad eum vobis in proprios vsus pia ac prouida liberalitate  
concessit, prout in literis inde confessis ipsius Episcopi sigillo munitis dicitur  
plenus contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super  
hoc ab eodem Episcopo prouide factum est ratum habentes & gratum, id au-  
toritate apostolica confirmamus: & praesentis scripti patrocinio communim-  
us. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostra confirmationis infrin-  
gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presum-  
perit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolo-  
rum eius se noverit incursum. Datum Laterani, II. Idus Februarij, Ponti-  
ficatus nostri anno III.

### ABBATES ALDERSPACENSES.

- I. SIFFRIDVS ex monasterio Eboracenſi in Francia Orientali, monachus ibidem pro-  
fessus, cum quibusdam fratribus & conuersis Alderspacium destinatus, vir magne re-  
ligionis, & qui Monasterij moderamen vigilanti cura per annos triginta sex strenue  
continuit hic anno 1147 primum ab Eugenio PP. III. Apostolicum Priuilegium im-  
petravit: tandem plenus dierum in festo conceptionis glorioſe virginis, vitam cum  
morte commutauit, An 1182.
- II. EBERHARDVS post obitum Siffridi electus, coram Imp. Friderico I, in Comi-  
tis Norimberge anno 1183 habitu contra Comitem Adalramum de Chamb, qui sibi  
iure aduocatio super Ecclesia Alderspacen. arrogabat, sententiam obtinuit, & Pri-  
uilegium Cesareum (An. 1184.) ut Babenbergen. Episcopi consilio libera sit Abbati  
potestas, juxta ordinis Cisterciensis institutum, tuorem eligendi, quem idoneum  
judicauerit, eundemque, si grauis & molestus Canobio fuerit, abiiciendi. alium  
que assumendi. Vixit annis XVI. Ob. in vigilia S. Bartholomaei Apostoli, an-  
no 1199.
- III. LVDOVICVS, Vir non vulgaris doctrinae & experientie, iura & possessiones  
Monasterij non modò non distraxit, verum etiam auxit, priuilegia & plures libertates  
conquirendo. Adhuc Ludouici instantiam Otto IV. Cesar Priuilegiū Imp. Friderici  
I. confirmauit: & Comitem Adalramū de Chamb ab aduocatio monasterij male usur-  
pata penitus seclusit, tenuit pastorale officium per annos XVII. Ob. Id April. An 1216.
- IV. NICOLAVS nihil a religione & laudabili regimine suorum antecessorum decli-  
nabit. Dux Banaria Ludouicus omnem decimam quorumcunque prouentuum ad ca-  
strum Vremering pertinentium (quod non longe à Landau tum nondum oppido di-  
stebat) ex Ducali munificentia donauit an. 1224. & Dux Ottofilius eius omnem fru-  
ctuum decimam in granarijs Landau & Teckendorff accumulauit, anno 1231. Sub  
iste Principe Ottone Ecclesia Allerspacen. in Ducum Baioaria potestatem redacta est,  
ut illi non sit libera tutorem eligendi facultas, prater terre principes. rexit Nicolaus  
annos XVII. Ob. in festo D. Lambertū martyris, An 1232.
- V. ANSHEL MV succedit de cuius gestis parum inuestigari potest: monasterium  
in debita collapsum. Ob. circ. annum 1239.
- VI. THEODORICVS primò eligitur an 1239 sub cuius regiminius initio Dns Eber-  
hardus Salzburg. Archiepiscops monasterio dimidiā nudisalis librā in oppido Hällin  
annuatim circa festum Pentecostes subministrandam accidente consensu omnium Ca-  
nonicorum, liberè donauit, an. 1246; cessit Theodoricus regimine an. 1253.

VII. ALBER-

